

ni tribuetur, aut de ea prædicabitur: uti etiam Obrechtus *in disputat. de jurisdic. thes.* 88. innuere videtur. Sanè quia jurisdic-
 dictio ex subjecta materia pro mixto imperio accipi possit,
 non multæ est dubitationis, *juxta §. 4. Instit. de attit. tut.*

THEORICORVM PRÆCEPTORVM

propositio septima.

*Ulterior
 explicatio
 definitionis.*

Dicitur præterea politica ad distinctionem Ecclesiastico-
 rum, qui jurisdictionem non habent jure civili, sed audien-
 tiam, id est, notionem, Cujac. *in paratit. C. de Episcop. aud.* Publi-
 ca verò appellatur propter potestatem patris in liberos, ma-
 riti in uxorem, dominorum in servos, &c. Denique dicitur ju-
 risdicendi hoc est statuendi de negotio civili vel criminali.
 Quæ verba speciale objectum jurisdictionis designant, de
 quo vide Gobian. *lib. 2. de jurisd.* Treutlerus hîc differentiam
 collocat in verbis, *l. de re qualibet*, sed malè. Eò enim definitio-
 nem latiore reddit definito suo.

PRACTICORVM OPINIO.

Jurisdic-
 dictio propriè non est potestas. Et si esset, satis esset,
 quod publica diceretur, duplici genere rejecto. Nam & du-
 plex est consideratio juris publici, quatenus confertur cum
 jure privato, vel quatenus cum jure sacro, quod interdum
 continere potest *per l. 1. §. 2 ff. de justit. & jur.* Ad sacrum igitur
 jus Ecclesiastica illa jurisdic-
 dictio referri posse videbatur. Enim-
 verò si intueamur verbum (negotium) magis mixtum impe-
 rium & jurisdictionem respicit, quàm mixtum imperium, cui
 cum negotio nihil propemodum commune est, ut ita omni-
 bus circumstantiis consideratis, nihil utilius, nihil magis tu-
 rum, quàm in Regia via commorari, & uti juris principiis ad
 nostrum propositum & lites definiendas, non verò plura
 p rinci-